

SALAMANCA

DE REFORMATIONE TRIBVNALIVM QVOAD LIMITES IVRISDICTIONIS DISCVRSVS HISTORICO-IVRIDICVS,

In quo de Magnæ Curiæ Vicariæ, Regiæ Cameræ Summariæ, Sacri Regij Conſilij,& Collateralis,aliorumq; Tribunalium Neapolis Iuriſdictione,& Poteſtate agitur;

NECNON DE NECESSARIA REFORMATIONE ipſorum Magiſtratuum ratione extenſi, & dilatati Exercitij vltrà Poſſe conceſſum.

AC DE EXCESSIBVS INTRA LIMITES SVÆ IVRISDICTIONIS Reducendis.

AD ILLVSTRISS.MVM ET EXCELL.MVM DOMINVM

D. GARCIAM DE AVELLANEDA, ET HARO

COMITEM DE CASTRILLO,

Calatrauæ Equitem, Commendatarium, Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis Cubicularium, Status, ac Belli Conſiliarium, Indiarum, ac Supremi Senatus Italiæ Præſidem, Regni Neapolitani Proregem, Locumtenentem, & Vicarium Generalem.

AB V. I. D. HONVPHRIO DE PALMA
Regij Fiſci Patrono M. C. Vicariæ, de Mandato eiuſdem Excellentiſſimi Domini.

ILL.ME AC EXC.ME PRINCEPS.

HVMANARVM Actionum, ac rerum omnium, (vt calles Excellentiſsime Domine) perennis eſt mutatio, & alteratio, itàvt nil tàm ordinatum, conſtitutum ſit, quin temporis iniuria exigat emendationem. Quid dicam de humanis? Cœleſtia Corpora, ſydera videlicèt, & Orbes, quæ pariformitèr, ordinatèq; circumaguntur, ac omnia regunt, nonnè pro tractu temporum in motibus, & functionibus ſuis, (qui noſtrarum obſeruationum defectus eſt) Correctione, & Reformatione digna viſa ſunt? Vndè Iulius Cęſar primus Imperator poſt antiquiores, ac Concilia Patrũ, & Sũmi Pontifices, in eis Correctionem, ac Reformationem tempo-

po-

Legem ponebat aquis, nè tranſirent fines ſuos.

Prou. 8. 29.

Non ſum ego, qui velim Mineruam inſtruere, aut clauam eripere de manu Herculis; Sed vt

MANDATIS, præceptiſq; tuis iteratis (Excellentiſs. Princeps ,) omni qua decet exactiori diligẽtia paream; exiſtimo materiam hanc Iuriſdictionis, & Magiſtratuum, de quibus controuerſia vertitur, & difficultas ſuboritur, altiori, ac longiori principio indagare.;
1 Nedùm plus æquo breuis eſse volo, obſcurus fiam. Eſt nàmq; illa ſentibus, dumiſquè intricata, vt fatetur *Scipio Gentilis de Iuriſd. cap.* 1. Quandoquidem reſpicit Principis, ac Magiſtratuum authoritatem, vndè conturbata eſt ex diſsentientibus Doctorũ opinionibus, proùt cuiuſcumq; animi motus, vel intereſse perſuaſum habuit. Vt proindè intricatiſſimam materiã dicat eſse *Duaren. in tit. pandectarum, de Iuriſdict. cap.* 1. *& Gouean. de Iuriſd. lib* 1. *n.* 9. qui ſubdit in cęteris iuris articulis aliquid quidem
2 vidiſse, in hoc autem cęcos fuiſse Interpretes. Et quidèm recta ratione, nàm vbi
3 de re tàm nobili tractandum eſt ad lumen, vel Principis, vel Magiſtratuum ſupremorum caligant oculi, cum proprijs pedibus incedere nequeant, circa eam ſe gerentes, & ab humanis amoris, vel liuoris paſſionibus, quaſi Duce trahantur. Vndè exclamat *Coraſius lib. 3. miſcell. cap. 17. n. 1. in*
4 *fin.* Nullũ in iure tàm ſalebroſum locum eſse, quàm hunc de Iuriſdictione, & Magiſtratu. Et quidèm diſceptatio ipſa ſcopulis, ſyrtiſquè circumuallata eſt, ac
5 periculoſa ſemper, nè in odium Magiſtratuum incurratur; eò maximè quia Doctores ipſi adeò ancipitem Iuriſdictionis materiã reddidere, vt pro libito voluntatis ex ſolo vſu illam

IVRIS RESPONSVM

QVOD

PRO IVRISDICTIONE M.C.V.

Ad rem noſtram, inter alia, doctiſsimè
ædidit

DOM. FRANCISCVS MARIA
PRATVS

DVM EXCELLENTISSIMI DOM. PROREGIS IVSSV,
Me ægra valetudine impedito, eiuſdem Fiſci vices ageret,
quod pro corònide huius Diſcurſus congruum viſum
fuit hic addere.

Auctor enim Peritiſſimus eius eſt doctrinæ, & eruditionis, vt quemuis altiorem Magiſtratum illuſtrare poſſet: proinde, quæ ex eius calamo excidunt, cuiuſcunqoe operi, vel alioqui inſigni annectantur, pro eius corona reputari meritò debent.

IVRIS RESPONSVM
PRO
Regio Fiſco Magnæ Curiæ Vicariæ.

Magnam Curiam Vicariæ de cauſis Criminalibus priuatiuè ad Sacrum Regium Conſilium in prima inſtantia cognitionem habere, etiam ſi ipſius Sacri Conſilij aures offenſæ fuerint, ex pluribus Pragmaticis Sanctionibus, eiuſdemquè Sacri Conſilij ſcitis, ſiuè (vti aiunt) deciſionibus, ac Maiorum noſtrorum placitis comprobatur; quæ adhùc locum ſibi vendicare, ſi offenſus fuerit Commiſsarius deſtinatus per idem Sacrum Conſilium ad oculum inſinuatur.

Referendum in Supremo Collaterali Conſilio, exiſtente Commiſſario Spectab. Dom. Reg.

Sub vmbra protectionis Deiparæ.

CVM in comperto ſit Fiſci Patroni partes eas eſſe præcipuas, vt inuigilet, modiſq; ſatagat omnibus, nè (cui inſeruit) Tribunal in ſua iuriſdictione aliquod patiatur detrimentum, applaudente *tex. in l. 3. C. de Aduoc. Fiſc. l. fin. in fin. C. de bon. vacan. lib. 10. l. omnes 3. alias 4. C. de annon. & tribut. eod. lib.* adſtrictuſq; reperiatur ex debito ſui muneris, vt honor, & authoritas ſui Tribunalis augeatur potius, quàm diminuatur, *l. non intelligitur 3. §. Diui Fratres 5. & §. ſicut enim, ff. de iur. fiſc.* ſicuti aliàs *in 2. mearum forenſ. cap. 50. num. 85.* obſeruaui poſt *eruditum Eſcobar de purit. & nobil. proban. par. 2. q. 8. n. 37. & ſeq.* nè deſidię meæ vllo tempore adſcribatur, dũ modò Fiſci Patro-

veniens de ritu tam explorato, teſtatoquè nullam deinceps ſuboriendam fore dubitationem, ſub cenſura Supremi Senatus, coram quo agitur. die 25. Nouembris 1654. Neapol. L.D.B.V.M.

Franciſcus Maria Pratus
M.C.V. Fiſci Patronus.